



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

47. De concionatore Caluinista, qui ad populum concionaturus, præsentem muliere catholicam, quæ eo die sacram Eucharistiam perceperat, diuinitus obmutuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

De concionatore Calvinista qui ad populum concionaturus, presente muliere Catholica, qua eo die sacram Eucharistiam perceperat, diuinitus obmutuit.

CAP. XLVII.

Vir quidam Calvinianæ factionis habuit uxorem Catholicam quam multis verbis inducere satagebat, vt accederet concionem Calvinisticā. Illa cum diu reluctaretur, tandem asperioribus verbis & minis percussa, confessario suo rem aperuit, qui consentit, vt facta prius exomologesi & percepta SS. Eucharistia, viro pareret, & vna saltem vice concionem adiret. Obsecuta est illa consilio confessarij & sacramentorum participatione munita, ad concionem sese contulit. Mirabile dictu: mox vt mulier concionem ingressa est, *Virtus SS. Eucharistia.* obmutuit concionator, nec verbum quidem effari porro potuit. Itaque subsistens, ait: oportet interesse hic hominem aliquem, qui comedit panem à Papistis benedictum. Equidem hac vice vltcrius concionando non progrediar, alias officio meo plenius satisfacturus. Maritus concioni eidem intererat, & videns concionatorem ob præsentiam hominis qui percepisset Eucharistiam, diuinitus obmutescere, domum reuersus, quæsiuit ex uxore, num eo mane sumpisset Eucharistiam, quo concionem adijisset: Illa factum non diffitente, mox agnouit fallaciam & imposturas istius doctrine, quippè quæ adhibita ad lucem sacramentorum

eorum Ecclesie Catholice, sic flauesceret, ipsam vanitatis coargueret. Nec mora, incipit luculentum excitari ignem. Vxor igitur quid vellet maritus, metuebat ne quid ardeus in ipsam moliretur. Igne porro iam ardeat, ille protinus vniuersos suos istius rarisissimæ farine libros collegit, in ignem iecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecclesie gremium reuersus est.

Pueri quidam contemptis & omissis ceremonijs sacri baptismi baptizati, in morbo ceciderunt, quibus ceremonijs postmodum ad vitam conualescunt.

CAP. XLVIII.

Prope Delphos contigit pueros quosdam in pagis baptizari, sed spreto & omissa à baptizante ceremonijs Catholice Ecclesie. Pueri isti postea omnes morbo ceciderunt. Parentes puerorum videntes vultum diuinam, rogarunt pastorem quendam Catholicum Delphis tunc agentem, vt ceremonias quas sciebant antiquitus ritu Catholice Ecclesie, nunc verò omissas, supplere non gereretur. Quo peracto, mox omnes illi pueri conualescunt & infirmi conualuerunt. Id nobiscum narrauit, quidam S. Theol. Licentiatus, vir doctus & integritate vitæ commendatissimus, ex ore ipsius pastoris Catholici rem hanc gesta est, cognouit.